



Universitätsbibliothek Paderborn

**Decretvm Vt omnes Regularium Superiores suos subditos,
& Religiosos persaepe commoneant de iniuncta omnibus
obseruantia, & executione Apostolicarum Constitutionum,
& Decretorum ad Officium ...**

Urban <VIII., Papst>

[Romae], 1645

XLII. Quod Itali extra Italiam non habitent in locis, vbi liber & publicus
cultus, siue vsus Catholicae Religionis non existat. Clemens Papa VIII. Ad
perpetuam rei memoriam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10826

*Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Urbani Diuina
Prudentia Papæ Octavi, anno eius
octavo, supradictæ Litteræ Apostolicæ
præsentatae, & affixaæ fuerunt, ac dimis-
sis copijs ad Basilicas Ecclesiarum S.
Ioannis Lateranensis, et Principis A-
postolorum Vrbis, & in Cancellaria
Apostolica, in acie Campi Floræ, ac
alijs locis solitis consuetis Vrbis, per
nos Augustinum de Bolis, & Ioannem
Radicam, S.D.N.Papæ Cursores.*

Matthias Spada Magister Cursorum.

X L I I .

*Quod Itali extra Italiam non habitent
in locis, vbi liber & publicus cultus,
sive usus Catholicæ Religionis non
existat.*

CLEMENS PAPA VIII. Edita A. D.
1596.
Ad perpetuam rei memoriam.

CVM sicut nō sine magno animi no-
stri dolore accepimus, quamplures
Christifideles ex diuersis Italæ parti-
bus, eorum patrijs, vbi vera & sancta
Catholica & Apostolica Religio viget,
& publicè predicatur, discedētes, abeant
in

*Causa huius
constitut.*

in longinqua loca, vbi non solum hæreses impune grassantur, sed quod peius est, Catholicæ Religionis usus publice interdicitur, & prohibetur. Quo fit, ut personæ ibi permanentes, etiamsi Catholicæ sint, cogantur tamen contra eorum pia desideria, sacrosancto Missæ Sacrificio, alijsque diuinis Officijs, ac Sanctorum Sacramentorum perceptione, in suarum animarum discrimen diutius carere.

Itali non habitent in locis, in quibus Catholicæ fideli cultus liber non permittitur.

§. I. Quare nos, his & alijs malis, & periculis inde prouenientibus, quantum cum Domino possumus, obuiare cupientes, hac nostra in perpetuum valitura Constitutione statuimus, et ordinamus, ut de cætero nullus Italus, siue Merca tor, siue cuiusvis alterius conditionis, vel status existat, quo quis quæsito colore, pretextu, vel ingenio audeat habitare, vel domicilium tenere in Ciuitate, Oppido, seu loco, vbi aliqua Ecclesia cum Parocho, vel Pastore, seu Sacerdote Catholicò non existat, in qua liberè, & sine omni periculo palam, & publicè celebrari, & audiri possint sacrosanctæ Missæ, & alia diuina Officia, & conciones, ac Sacraenta Ecclesiastica ministrari, mortuorum corpora sepeliri, & cætera fieri iuxta ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

Vt-

§. 2. Utque ijdem Itali abstineant à Matrimonij cum hæreticis mulieribus, & ab hæretorum sepulturis: filios suos de sacro fonte leuari per hæreticos non permittant, nec ipsi vicissim hæretorum filios, nisi per Catholicum Sacerdotem Catholicō more baptizentur, leuare pr̄sumant: Medicorum quoque hæretorum opera, necessitate cessante, & vbi adsit copia Catholicī Medici idonei, non vtantur.

§. 3. Cum verò Itali prædicti ex Italia recedunt ad morandum, seu inhabitan- dum in partibus prædictis, id significant suis Ordinarijs, vel Inquisitoribus locorum, à quibus serio admoneantur, ut in eis perpetuo Catholicam, & Orthodo- xam fidem cōstanter retinentes, & pro- fitentes, piā & Catholicam vitam du- cant, Dōminicos, & Festos dies, abstinē- tias, & sacra ieunia ab Ecclesia pr̄ce- pta religiosè colant, atque omnem hæ- resim, & errorem, hæreticos, schismati- cos, & ab Orthodoxa fide aberrantes fu- giant, & euitent, ac vt saltem singulis annis de eorum Sacramentali peccato- rum confessione, & Sanctissimæ Eucha- ristiaꝝ perceptione per eos facta, fidem, seu testimonium ipsis Ordinarijs, vel Inquisitoribus in Italiam transmittant. Ad quod & nos dictos Italos tenore pr̄- sen-

Ad habitādū
ibi, nō acce-
dant, nisi id
prius signifi-
cent Ordina-
rijs, vel Inqui-
sitoribus, qui
cum eis hic
descripta fer-
uent.

sentium teneri, & obligatos esse decernimus, & mandamus.

Inobedientes,
vt de hæresi
suspecti in-
quiri possunt.

Quibuscunq.
non obstan-
tibus.

Transumpti
fides.

D.P. Ann. 5.
die 26. Iulij.

§. 4. Quod si quis propriæ salutis im-
memor, contra præmissa facere præsum-
perit, possit aduersus eum per locorum
Ordinarios, et Inquisidores hæreticæ
prauitatis, vti de hæresi suspectum pro-
cedi.

§. 5. Non obstantibus constitutioni-
bus, et ordinationibus Apostolicis, cæ-
terisque contrarijs quibuscunque.

§. 6. Volumus autem, vt earumdem
præsentium transumptis, etiam impres-
sis, manualicuius Notarij publici sub-
scriptis, et sigillo personæ in dignitate
Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem
prorsus fides in iudicio, et extra adhi-
beatur, quæ ipsi met præsentibus habe-
retur, si essent exhibite, vel ostensa.

Datum Romæ apud Sanctum Mar-
cum, sub annulo Piscatoris, die vige-
masexta Iulij, millesimo quingentesimo
nonagesimo sexto, Pontificatus nostri
Anno quinto.

Con-